

S m a a s t y k k e r

(1. meddelt af Biskop *Daugaard*. 2. af Adjunkt *Thorup* i Ribe.
3. af Cand. *Imm. Barfod*. 4. og 5. af Pastor *J. F. Fenger*.
6. af Pastor *Tang* i Velling).

1.

Ribe Domcapitels Skrivelse til Biskop Peder Nielsen.

I Ribe Bispekrønike forekommer imellem 1465 og 1483 Peder Nielsen eller Petrus Nicolai. Efter et gammelt Skrift, som Helvaderus beraaber sig paa dog uden at tillægge det stor Troværdighed, skulde han først have været Præst i Roager, men da Domcapitlet i Ribe, uenigt med sig selv i Valget af en Biskop i den 1465 afdøde Biskop Henriks Sted, overlod ham dette Valg, have valgt eller udnævnt sig selv, beraabende sig paa Ordsproget: "Hvo som har Korset, signer sig selv". Dette Sagn har vel neppe fundet megen Tiltro. Rimeligere er det, at Domcapitlets første Prælat, Erkedegnen, ved denne Vacance er bleven valgt til Biskop, hvad enten dette er skeet med eller uden Strid i Capitlet, med eller uden Roager Præst's Mellemkomst; thi i Diplomer, som findes i en Ribe Stiftsarchiv tilhørende Copibog af gamle i Stiftskisten forhen opbevarede Brevskaber, nævnes i de nærmest Biskop Henriks Død foregaaende Aar Peder Nielsen Erkedegn. Saaledes tager han et Vidne paa Hing Herreds Thing Torsdagen efter Kyndelmisse 1464, et andet i Ribe Torsdagen efter St. Matthiæ Apostoli Dag samme Aar og faaer Brev paa noget Gods paa Holmsland St. Benedicti Abbatis Dag samme Aar. Men 12. Julii 1465 har Biskop Peder stadfæstet det af Biskop Henrik Capitlet givne Privilegium, og siden forekommer Erkedegn Peder Nielsen ikke; dog har jeg ingen Brevskaber kunnet finde for de nærmeste Aar derefter, hvori nogen Archidiakonus nævnes, men først 1473 forekommer i et Brev Johannes Vammehagen.

Det havde imidlertid neppe været Umagen værd at skrive endog kun disse saa Linier for at gjøre det mere sandsynligt, at det gamle Sagn om Hr. Peder i Roager, at han ved en List blev Biskop i Ribe, er ugrundet; men jeg har stødt paa et Document, som tjener til at sætte denne Biskops Levnet i et ganske andet Lys end det, hvori det hidtil har staaet, og tillige til at kaste et Lys over Forholdet mellem Domcapitlet og Biskoppen. Diplomet selv fortjener at aftrykkes i sin Heelhed, og disse Linier skulle kun tjene til en Forberedelse derfor.

Efter Pontoppidan (Ann. 2, 468) nævner den gamle af Terpager udgivne *Chronicon Ecclesie Ripensis* denne Biskop, som sad fra 1465 til 1483, som *virum eruditum et discretum, licet ex humili familia rurali natum*, og Hvitfeldt tillægger ham Veltalenhed. Han roses ogsaa som en Mand af *ingenium* og *presence d'esprit*, og i det af Amerinus over ham forfattede Vers, hvilket Pontoppidan anfører om denne som om enhver af Ribe Bisper, skal han ikke have været mindre hærømt ved Dyd end ved Lærdom. Men at han med Urette har faaet Navn af en dydig Mand, vil det anførte Diplom tilstrækkelig godtgjøre. Dette Actstykke er et Brev, som det hele Domcapitel i Ribe paa Löverdagen för *Reminiscere* 1474 skriver til Biskoppen, og hvori det vel med tilbørlig Höflighed, men ogsaa med stor Frimodighed straffer flere slemme Feil, i hvilke han har gjort sig skyldig. Jo mere paa den ene Side Brevet fremstiller et Billede af en catholsk Biskop, som vi ere vante til at tænke os ham i den nærmeste Tid foran Reformationen, og jo mere det paa den anden Side fremstiller os Geistlige optrædende og handlende paa en Maade og efter Grundsatninger ganske forskjellige fra dem, hvorefter man tænker sig det catholske Clerus til samme Tid at handle, desto mere har det Fordring paa vor Opmærksomhed. Det lyder, rettet efter Originalen i Gehejmearchivet saaledes:

Reverendo in Christo Patri Domino Petro, Dei gracia Episcopo Ripensi, Archidiaconus, Decanus, Cantor totumque Capitulum Ripense salutem debitam in Domino, obedienciam et honorem. Cum, vulnerato pastore, nullus sit, qui curandis ouibus adhibet medicinam, radiceque graui peste infecta fructus utilis non speratur, expedit etiam, vt capite languescente singula membra succurrendo deproperent in solamen. Nos igitur vestros multiplices excessus infamationemque non modicam attendentes, quam non sine graui dolore et periculo hucusque dissimulauius semper sperantes emendam ¹⁾, et quia huiusmodi infamia pontificalis dignitatis serenitatem non parum obuubilat et denigrat, non possumus sine scandalo et animarum nostrarum periculo talia vlterius tolerare. Vestre igitur paternitati caritatiue et per ewangelice denunciationis modum vnanimi et concordi consensu defectus vestros varios ac statum lamentabilem totam diocesim commouentem licet coacti duximus intimare ²⁾, et si vestrum publicum delictum exprimimus, non contristabimini nec vos peniteat, quoniam intentio et denunciatio non tendat nisi ad penitentiam peragendam iuxta illud ewangelii: "Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum etc." imprimis humiliter supplicamus, qvatenus D. V. dignetur se emendare de illa publica lubricitate, videlicet adulterio, incestu et consimilibus, in quibus vulgata contra vestram paternitatem laborat infamia apud spirituales et seculares nedum infra fines diocesis, sed per totam provinciam Dacie ³⁾ et precipue

¹⁾ Substantiv. Her: Bod, nedenfor: Bøde. Fransk *amande*.

²⁾ Verbum cadentis latinitatis 1) intimum facere, vereinbaren, vereinigen. 2) indicare, denunciare, publice proponere, figere scriptum, figere tabulam, chartam in publicis ponere. (Nolten. Lexicon antibarbarum).

³⁾ Danmark, i kirkelig Forstand Provinds af den romerske Kirke.

de istis focariis ⁴⁾ in Episcopali residencia et confinio detentis et heu vestra incontinentia nunc admodum est notoria, quod non potest aliqua tergouersatione celari. Insuper de illa publica symoniaca prauitate, qua proch dolor jam sanctuarium Dei per manus vestras venale exponitur, et infelix clericus carens quod offerat, mendicat in plateis. Et quia symoniaca hæresis vbi non interuenerit, ibi dominatio vestra ad suam mensam et commodum burse ecclesias reseruat, decimas et beneficia, capitulo irrequisito, vnde iamdudum paternitatem vestram adeo indurauit auaricie cecitas, vt quasi meliores ecclesie Diocesis vestro cedant lucro. Item significamus paternitati vestre auisando, vt conscientiam suam salubrius informet de iuramento suo in intronizatione prestito de prescriptis videlicet ecclesiis et earundem decimis pro vsu mense vestre non reseruandis, et insuper de canonicis vestris in debito honore habendis, et de iuribus eorum et redditibus in nullo diminuendis, sed pro posse augmentandis cum pluribus consimilibus articulis et punctis in prefato iuramento contentis, in quibus, si phas esset dicere, estis manifeste perjurus, vt lucide volumus et possumus docere et probare. Preterea in excessibus clericorum corrigendis vestra dominatio more pii patris non procedit, sed quasi tyrannizando ordinem seruatis preposterum primo bona eorum pro libito voluntatis illicite occupantes, 2^o inhoneste eosdem trahi ⁵⁾ facientes ac demum contra iuris ordinem sine iudicio capituli suspendentes, nec delictum reperitur adeo enorme, pro quo aliqua infligitur pena corporalis aut spiritualis, sed omnes jam pene ecclesiastice conuertuntur in questum, et sic non curatur de animabus saluandis sed magis de marsubiis replendis. Ceterum si aliquis iuris ordine servato veniret mulctandus, hujusmodi mulcta et emenda esset merito applicanda ecclesie et non vestre priuate burse. Insuper de bonis Clericorum

⁴⁾ focariæ = concubinæ (Justinianus). ⁵⁾ bedrages.

decedentium vestra dominatio passim occupat bona cujuscunque clerici decedentis siue pauperis siue diuitis contra tamen vestrum prestitum juramentum, vnde jam in statu clericali verificatur illud p^ste⁶) “simul in vnum diues et pauper”. Insuper vestra paternitas inquilinis ecclesie et Capituli indebitas imponit hospitalitates plus solito, ex quibus quidem hospitalitatibus inquilini nostri vltra modum onerantur et bona nostra per huiusmodi desolantur. Que quidem bona cum suis inhabitatoribus per vos et vestros complices deberent manuteneri et protectionis clippeo defendi. Reverendissime Pater, non decet vestram dominationem se talibus immisceri, nedum Episcopo congruit, sed nec cuicunque alteri priuato. De cetero enim tacere nequimus, ne contra quemlibet nostrum illud Ys.⁷). “Ve michi quod tacui” valeat rationabiliter retorqueri, potissime cum nostra taciturnitas sit vobis erubescencie materia et subuersionis occasio, magis eligimus vos offendere vestre opinioni consulendo quam tacere dampnabiliter vobiscum et ignominiam vestram dissimilare silencio. Denunciamus igitur vobis vnanimiter premissa, humiliter exorantes, quatenus in hiis et quampluribus aliis excessibus, enormitatibus et exorbitantiis, quanto caucius et prudencius poteritis, supersedeatis nec pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis, vt aliorum corrigatis errores. Sin autem nostro contempto consilio de cetero huiusmodi vt verisimiliter presumitur, pertinaciter, presumpseritis attemptare, ad superioris implorandum indubie auxilium iuris tramite seruato vnanimiter recurramus. Deum tamen testamur, quod quecunque scripta vel dicta sunt vel fuerint, non typo malicie sed potius caritatis zelo ducti scripsimus et intinamus ad scandalum de clero tollendum

⁶) o: Psalmistæ. vide Ps. XLVIII, 3.

⁷) o: Ysaie o: Jesaiæ. (6, 5.).

et contra huiusmodi inveteratum morbum congruum antidotum celeriter adhibendum. In singulorum premissorum evidens testimonium et vniformis omnium fratrum consensus scripta nostra propriis nostris sigillis concorditer cum manuali subscriptione duximus roborare.

Acta sunt hec Capitulariter feria sexta proxima ante Dominicam Reminiscere Anno Dⁿⁱ millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto.

Ego Johannes Vame hagen Archidiaconus Ripensis premissis interfui et consensi, quod protestor.

Ego Thomas Langhe Decanus Ripensis omnia premissa protestor.

Et Ego Jacobus Windh ecclesie Ripensis Cantor premissa singula protestor.

Ego Nicolaus Bacquinj Canonicus Ripensis premissis interfui et consensi.

Ego Petrus Friis Canonicus Ripensis premissis interfui et consensi.

Ego Kanutus Lundh Canonicus Ripensis singula premissa protestor.

Ego Wilhadus Friis Canonicus Ripensis premissis interfui et consensi.

Ego Lago Johannis premissis interfui et consensi.

Ego Hennickinus Saxe Canonicus Ripensis premissis interfui, conscripsi et consensi.

Ego Jacobus Staghe Canonicus Ripensis premissis interfui et consensi.

Ego Mathias Johannis Canonicus Ripensis in suprascriptis confratribus meis sum conformis,

Ego Lambertus Conradi Canonicus Ripensis in suprascriptis confratribus meis sum conformis.

Ego Johannes Andree Canonicus Ripensis in supradictis confratribus meis sum conformis.
